



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs Papa VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

sa forent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus. Proque potiori cautela litteras & deputationem prædictis ad prouincias, ciuitates, diœceses, terras & loca, necnon personas, & crimina huiusmodi extenderent, præfatis Inquisitoribus, quod ipsi & alter eorum accersito secum dilecto filio, Ioanne Gremper Clerico Constantieni, diœcesis magistro in artibus eorum moderno, seu quois aliquo notario publico per ipsos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis contra quascunque personas cuiuscunque conditionis, & præminentia fuerint, huiusmodi Inquisitionis officium exequi, ipsasque perlitas, quas in præmissis culpabiles teperierint, iuxta earum demerita corrigerem, incarcerare, punire, & multificare. Necnon in singulis prouinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesijs verbum Dei fideli populo quies expedietur, ac eis visum fuerit, proponere, & prædicare, omniaque alia & singula in præmissis & circa ea necessaria & opportuna facere; & similiter exequi liberè & licet valeant, plenam ac liberam, eadem auctoritate de novo concedimus facultatem. Et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Argentinensi, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios præmissa, ubi, quando, & quies expedire cognoverit, fueritque pro parte Inquisitorum huiusmodi seu alterius eorum legitime requisitus, solemniter publicans, non permitrat eos per quoscunque super hoc contra prædictatum & præsentium litterarum tenorem, quavis auctoritate molestari, seu alias quomodolibet impediti: molestatores & impedientes, & contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, præminentia, nobilitatis, & excellentia aut conditionis fuerint, & quocunq; exemptionis priuilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores, (de quibus sibi videbitur) sententias, censuras & poenas, omni appellatione postposita, compescendo; & etiam legitimis super his per eum seruandis processibus, sententias ipsas (quies opus fuerit) aggrauare & reaggrauare, auctoritate nostra procurer, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuism ab Apostolica sit sede induitum, quod interdici, suspendi, vel excommunicati non possunt, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratia impediti valeat, quomodolibet vel differri, & de quacunque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, extensionis, concessio-
nis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc autem attentare præsumpe-
rit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit in-
cursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae 1484. Non. Decemb. Pon-
tificatus nostri anno primo.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

Venerabili fratri nostro Episcopo Brixiensi, & dilecto filio Inquisitori hereticæ pra-
uditatis in partibus Lombardie.

Sententias ab Inquisitoribus latas contra hereticos impenitentes, seu alios brachio seculari tradi-
tos, magistratus secularis sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurruunt, exequi debent, abs-
que reuisione cessum per Inquisidores fabricatorum contra tales hereticos.

Edita anno Do-
mini 1486.

Ex Directorio
Sabellano fol.
93.

[†] Vide super di-
rectorio p. 9.
q. 16.



ENERABILIS frater & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.
DILECTVS filius frater Antonius de Brixia ordinis Prædicatorum, in parti-
bus Lombardie Inquisitor hereticæ prauitatis, vñ cum venerabili fratre Episco-
po Brixensi, seu eius Vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi contra non-
nullos vtriusq; lexus hereticos (vt accepimus) quos culpabiles ut hereticos impe-
nitentes repertos, pena debita iuris puniendo condemnauit; ac officiales ciuitatis
Brixensis, vt iniunctam executionem adimplerent, requisiuit; qui officiales iustitiam ministrare, & di-
etas sententias exequi, (nisi prius processus per Episcopum & Inquisitorem agitatos non viderent)
in non partum orthodoxæ fidei scandalum recularunt. At cum huiusmodi crimen heresis sit reue-
lacione Ecclesiasticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant: tenore præsentium vobis commit-
timus atque mandamus, vt si est ita, eisdem officiis secularibus ciuitatis Brixensis sub excōdatione
pena, & alijs censuris ecclesiasticis, præcipiat atque mandetis: vt infra lx dies, [†] postquam legi-
time fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione sententias per vos
latas contra huiusmodi hereticos prompte exequantur appellatione remota. Quam excōdationis pe-
nam ipso facto volumus, & tenore præsentium declaramus incurrisse: si quod mandatum fuerit in-
fra dictum sexdierum spatium, cessante legitimo impedimento, cum effectu non impluerint. Consti-
tutione-

Officio Sanctissime Inquisitionis.

85

A tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis ciuitatis Brixiensis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo pectoris, die trigesimo Septemb. Millefimo quadringentesimo octuagesimo sexto, Pontificatus nostri anno tertio,

Hieronymus Balbanus.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecto filio Angelo de Verona ordinis Prædicatorum Sacrae Thologie professori in prouincia Lombardia, heretice prauitatis Inquisitori, & successoribus suis.

Soli Inquistores heretice prauitatis procedere possunt contra maleficos, incantatores, & vanarum superstitionum obseruatores: eosdemque compescunt & puniunt, non obstantibus canonicis legibus contrarijs quibuscumque.

Eiusdem argumenti habet Alia Innocentij viij. supra inserta, & alia Hadriani vj. & alia Leonis x. infra positæ vide Bartholomæum Spineum libro de Strigibus, cap. 3.

DILECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.
CVM accepimus in prouincia Lombardia, diuersas virtusque sexus personas, & diversis incantationibus, & diabolis superstitionibus operâ dare: suisq; veneficiis, & vanis obseruationibus multa nefanda scelerata procurare, homines, & iumenta, ac cœpos destruere, & diuersos errores inducere, magnaq; inde scadala exorti: decreuimus pro pastorali officijs nobis ex alto commissi ministerio, scelerata huiusmodi compescere: ac scandalis & erroribus piemissis, quantum cum Deo possumus occurrere. Ea propter tam tibi, quam etiam successoribus tuis, per Lombardiam constitutis, de quibus in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, cōmittimus & mandamus; ut etiam soli honesto tamen eomitatu per vos eligendo associati, contra easdem virtusq; sexus personas diligenter iniquitatibus: esq; iustitia mediata puniatis, & compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas vobis plena & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non indulgis & concessionibus, ordinariis forsitan pro tempore factis, ceterisq; contratis qui-bulcunq; non obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo pectoris, die, &c.

Ex Directorio
Sabbiano fol.
426.

LEO PAPA DECIMVS.

Anima rationalis immortalis afferitur, & vere ac per se & essentialiter humani corporis forma, & multiplicabilis, multiplicata, & multiplicanda singulariter pro corporum quibus infunditur multitudine. omnis assertio veritati fidei contraria damnatur, & assertores ut heretici puniuntur. qui philosophiam profissentur, dissoluant philosophorum dogmata, que fidei aduersantur, & discipulis explicitat catholicam veritatem. Nemo in sacris ordinibus constitutus, post auditam grammaticam & dialectam in studijs generalibus, aut alibi publice audiat philosophiam, aut poesim ultra quinquennium sine aliquo studio Theologie, aut iuris Pontificij. & cuncta haec præcepta singulis annis Episcopi publicent, ubi generalia vigent studia.

EO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.
APOSTOLICI regiminis sollicitudo nos assidue pulsat, ut medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, ijs potissimum qui instantius fideles nunc urgere cernuntur, salutifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Euangelio solicitam operam impendamus, ne nobis illud Hieremias obijciatur. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniz seminat antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores à fidibus semper explosos in agro Domini superseminare, & augere sit aulus, de natura prælettum animæ rationalis, quod videlicet mortal is sit, aut unica in cunctis hominibus: & nonnulli temere philosophantes, secundum saltē philosophiam, verum id esse affuerent, contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc facto approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes afferentes, animam intellectuam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hac in dubium vertentes, cum illa non solum vere per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sed et in Canone † felicis recordationis Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viten. Conclilio edito continetur, verum & immortalis, & pro corporum quibus infunditur multi- tudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. Quod manifeste con- dat ex Euangelio, cum Dominus ait, Animam autem occidere non possunt. & alibi: Qui edit

Edita anno Do-
mini 1513.
Ex Cœilio La-
teranensi sub
Leone x. iess. 8.

Lue. 10.

Hier. 8.
Matth. 13.

† cap. Fidei in
Clem. de sum.
Tr. & fid. cath.
Matth. 10.
Iohann. 12.

F 3 animam